



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Caroli Spinolæ Societatis Iesv, Pro Christiana Religione In Iaponia Mortvi

Spinola, Fabio Ambrogio

Antverpiæ, 1630

Illvstrissimis Gentis Spinolæ Proceribvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46233)

ILLVSTRISSIMIS
GENTIS SPINOLÆ
PROCERIBVS.



QVEM AD MODVM *in*
animis vestris, ILLV-
STRISSIMI PROCE-
RES, *in*signem debita
gratitudinis sensum caelestis illa Pro-
videntia excitavit, quã progeniem
nostram Deus præcipuè legit, ut ex
eã CAROLVS ille nasceretur, qui
& inter incendij languidi flammæ
Christianam fidem apud Iapones
suo sanguine sanciret; & præses pe-
natum nostrorum Tutelaris existe-
ret in calo; & Gentis nostræ clarita-
tem, novi splendoris adiunctione, ac-
cenderet in terris: ita certè me eadem

* 5 *stimu-*

stimulauit cogitatio, ut fatalis illius
rogi ardores (quibus ille moriens de-
flagrauit) virtutum quoque, quas vi-
uens expressit, luce collustrarem. Et-
iamsi verò mors pro CHRISTO
obita, suâ ipsius gloriâ diues, non
egeat emendicato aliunde splendore:
tamen exitus ad eò singularis longè
emicat clarior, cum vitam egregius
facinoribus clausam absoluit. Planè
sicut præstantior euadit acu facta pi-
ctura, cui pretiosus substernitur ma-
teriæ conspirantis pannus. Id quod
sanè usu venisse videtur felicissimi
Patris huius moribus, qui octo &
triginta annis in Religiosâ vitæ pa-
lestrâ exactis, quâ virtutum excel-
lentissimarum ornamentis, quâ ar-
dentissimis pro CHRISTO patiendi
desideriis (quæ innata ei perpetuò
adha-

adhæſere) tam concinnè telam ætatis
ſua pertexuit, ut denique laudatiſſi-
mam coronidem nactus ſit, mortis
tantò illuſtrioris, quantò lentioris.
Huius utriuſque, PROCERES IL-
LUSTRISSIMI, vitæ nimirum ac
mortis, dum contractam ac rudem,
magis quàm explicatam politamq̃,
tabellam, ſequenti vobis narratione
adfero, CAROLVM aliquatenus
reddo: qui etiamſi fugere viſus ſit,
cum vitam deſereret ſecularem; re-
uerà tantillum receſſit, ut quaſi poſt-
liminiò redux, illuſtriores titulos in
familiam reportaret, decoratus cruce
CHRISTI; utq̃, morum ſanctio-
rum auctoritate peſſumdaret faſti-
gium prudentiæ humanæ, frangeretq̃,
politæ delirantis ſapientiam, quæ pro
perdito habet quidquid conſecratur
Deo;

Deo; existimat q̄, nihil laudis adferre
posse generi amplificando, quidquid
semel Religiosâ est humilitate sepul-
tum. Deum veneror atque obtestor,
vt per Serui sui deprecationem ani-
mos vestros diuina sua Charitatis
facibus accendat. Roma, XXII. No-
uemb. M. DC. XXVIII.

ILLVSTRISSIMARVM DD. VV.

humillimus seruus

Fabius Ambrosius Spinola
Societatis IESV.

INDEX